induit suo thalamo p̄parauit nouit qualis
ornatus illud opus deceret et ideo dedit
et decuit q̄ tantum dedit quod diligeret.
Pulcram enim eam decebat esse que ad sū
mi regis thalamum introducenda erat. ¶
Habemus ergo sufficienter ex predictis q̄
homo cetera animancia precellit pulcritu
dine et maxime in pulcritudine spirituali q̄
uis etiam precellat in pulcritudine corpo=
rali. ¶ ¶ ¶ Sed certe q̄uis homo per na=
turam sit omnium animantium pulcerrim⁹
tamen per peccatum fit omnium turpissi=
mus et fetidissim⁹ Plus enim fetet anima
peccatrix dei aspectibus q̄ canis putridus
hominibus vt ait Aug. Sicut lutum fetidū
proiectum supra pulcram imaginem ipsam
deturpat et fedat. ita peccatum animam
maculat et deformat. vnde hugo. Vide in
quit anima mea quid fecisti dereliquisti
sponsum tuum et cum alienis prostituisti
amorem tuum corripuisti virginitatem tu
am quod fedasti pulcritudinem tuam di=
spersisti ornamentum tuum q̄ vilis et tur=
pis facta es q̄ talis sponsi amplexibus in=
digna es oblita vero es sponsi tui et p̄ tan
tis beneneficijs condignas gratiarum acti
ones non egisti meretrix facta est es et p̄=
nimijs fornicationibus tuis laxata sūt vbe
ra tua. rugosa facta ē facies tua gene mar
cide languentes et stupentes oculi lubrica
pallorum adducta crura execrata viribus
confracta omnibus amatoribus tuis odio=
sa et sequitur. Pulcra facta fueras eius mu
nere feda facta es tua iniq̄tate. Ecce quo=
modo peccatum tollit pulcritudinem et af=
fert suis seruis turpitudinem Quod aduer
tens beatus iohannes sue anime pulcritu
dinem omne peccatum mortale et veniale
toto vitauit conamine. vnde sicut nobiles
et pulcre mulieres solent stare in cameris
ne nigre et turpes ab ardore solis fiāt. ita
beatus iohannes antra deserti peciit. in q̄=
bus dura et aduersa sustinuit ne aliquali=
ter pulcritudo anime sue nigresceret car=
nis ardore Et quia pulcritudo multum fa=
cit hominem diligi. Et iohannes maximā
pulcritudinem habuit. ideo carissimus fuit
vnde querit ans. Quis deo carior illo iohā
ne magno quo null⁹ maior inter natos mu
lierum. Nunquit non ipse est qui prius
sanctificatus q̄ natus qui est īnocentie spe
culum virtutū exemplar norma iusticie ma
gisterium vite. Nunquit non ip̄e est qui ha
buit pro preciosa veste cilicium pro palatio
heremum pro cibo locustas pro potu aque
haustum qui puerum iesum dulciter predi
cauit vidit baptizauit et tamen carcere vi

liter reclusus est attrociter decollatus ad
conuiuium caput eius deportatur iniquo=
rum spectaculum meretricum ludibrium p̄=
cium saltatricis. Ecce quod occisus fuit pro
puritate et castitate non solum in se sed in
alijs custodienda. Sed heu quia multi ho=
die carent pulcritudine. Quod patet etiam
in exteriori verborum turpitudine natura
liter loquela hominem manifestat. verbū
enim secundum Augustinum nuncius ē cor=
dis Si igitur verba sunt immunda inhone
sta et turpia tale cor esse denunciāt. Si ve
ro econuerso verba sunt mūda et honesta
cor tale demonstrant et quia beatus iohā
nes cor tale habuit sibi bñ dici a spiritu sā
cto. Diffusa est gratia in labijs tuis

## ¶ Sermo quartus.

Dedi te in lucē gen
tium. ysa. Verba sunt
spiritus sancti loquen
tis prophetā quia spi
ritui sancto inspirati
sunt. In quibus con=
solatur et hortatur
nos quia omnes de=
clinauimus et inutiles facti sumus redire
de deuio ad viam et de tenebris ignoran=
tie ad viam veritatis dicens. O iohannes
dedi te etcetera ¶ A ¶ quasi diceret licet
natura inclinet omnes homines cuiuscū=
q̄ conditionis existant scilicet paganos in
deos etcetera ad appetitum eterne beati=
tudinis nihilominus per peccatum elon=
gantur seu elongati sunt a via qua itur ad
eam intantum et excecati q̄ sine ductore
non possunt capere viam consequendi ve=
niam ne tales sibiipsis derelicti tanquam
spiritus vadens et non rediens desperent
Dedi te ī lucē vt vita tua sit eis lux et regu
la qua mediante possent venire ad viam
sancte vite et in ea ambulare ad ciuitatē
eterne beatitudinis vt christi vitam sum=
me perfectam non valentes aspicere debi
libus oculis. id est affectibus. Propter eius
claritatis immensitatem quia peccare nō
potuit saltem tua vita splendida et im=
maculata licet maculabilis luceat eis tan=
quam oculis eorum proporcionata ad er
rorum desertionem et morum correctio=
nem propterea autem lux quantum ad p̄=
sens spectat habet in se tres perfectiones

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0159
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt